



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 56. Aquisgranensium Lutheranorum tumultus tandem armis sedatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)



præsidium pollicebatur, confidebatis: cum Sæc. XVII.  
autem hac fiducia sopiti stertebatis, ego so- A. C. 1614.  
ciique mei a vestro Superiore (forte Lu-  
thero) potestatem, facultatemque recepi,  
ut vobis vestram eriperem Religionem: cum  
autem ex diabolo sciscitarer, an & ipse  
ad hoc operam suam contulisset? respondit,  
præcipuus ex ceteris fui, meamque operam  
ad te ex Austria ejiciendum impendi. Non-  
ne verum est, ibi Pastoris munere fungeba-  
ris? tribus omnino annis in exilio fuisti,  
& te tamdiu contra Cæsaris interdictum  
clam in Austria detinuisti? Quid de ridi-  
cula hac relatione ex Lutherani Præ-  
conis ore facta censendum, Lectoris  
iudicio relinquimus.

## §. LVI.

*Aquisgranensium Lutheranorum tu-  
multus tandem armis sedatus.*

Interim Aquigranenses Lutherani au- Cluver. l. c.  
dacious cumulantibus audacia, non Merc. Gall.  
modo adversus Magistratum, Catholi- pag. 39.  
cam doctrinam, ejusque Sacerdotes,  
sed contra ipsam etiam Cæsaream Ma-  
jestatem insurgabant, ac supremi sui  
Capitis imperata minasque despicie-  
bant, promissis sectæ suæ Principum,  
maxime Batavorum auxiliis ferociores  
facti: unde Cæsar, qui hosce seditiosos  
internuntiis, & Oratoribus ad saniora  
reduce-



Sæc. XVII. reducere incassum nitebatur, ad extre-  
 mum illos proscriptionis edicto multare  
 cogebatur, hujus poenæ executione  
 Colonienſi Electori, atque Alberto Ar-  
 chiduci demandata. Verum Palatinus  
 Elector datis ad Galliæ Regem literis  
 instabat, ne Cæsaris sententiam ad opus  
 deduci permetteret: Nec successu ca-  
 ruit Electoris petitio; quippe Franciæ  
 Rex Preaustio suo in Flandria Oratori  
 negotium dabat, ut regias literas Ele-  
 ctori Colonienſi traderet, eumque ex-  
 posito non modo Aquisgranensium, sed  
 totius Imperii, ipsiusque Cæsareæ au-  
 thoritatis periculo, ab hujus edicti  
 executione deterrere niteretur, ac  
 quantocius, quid hæc admonitio apud  
 ipsum effecisset, rescriberet. Verum  
 Marchio Spinola, cui Albertus Belgiæ  
 Gubernator Cæsaream sententiam exe-  
 quendi curam commiserat, habito trigin-  
 ta millium equitum peditumque dele-  
 ctu, cum quadringentis curribus, &  
 octoginta belli tormentis Trajectum in-  
 deque Aquisgranum profectus die vi-  
 gesima prima Augusti ibidem castrapo-  
 suit, missoque in urbem feciali sui ad-  
 ventus rationem seditiosis significari  
 jussit. Hi vero inter arcta prehensi,  
 consultatione facta in hanc ivere sen-  
 tentiam, ut Clerus unacum Nuntio A-  
 postolico & Primoribus quibusdam por-  
 ta

*Vid supra*  
*Lib,*  
*CLXXXIX*  
*§. 8.*



ta egressi, supplices pro urbe & civibus Sæc. XVII.  
deprecarentur. Nec spreta fuit hæc A. C. 1614.  
submissio; quippe pactis utrinque initis  
Ambrosius Spinola cunctos de Cæsaris  
gratia certiores reddebat, qua obtenta  
cives tradita urbe Brandeburgenses  
præfidiarios die vigesima quarta Au-  
gusti dimisere, introductis duodecim  
Cæsareis vexillis. Postea occlusis om-  
nibus portis, & abrogato spurio Pro-  
testantium Senatu, legitimus Roma-  
no-Catholicus in pristinum restitueba-  
tur, qui etiam die vigesima octava Au-  
gusti primum habuit Curixæ confessum,  
militibus quibusdam utpote præcipuis  
turbarum authoribus in custodiam ab-  
ductis, ac Matthia Smeetsio & Antonio  
Nigro capite plexis. Eo tandem re-  
medio quies Urbi, & Catholicæ Reli-  
gioni libertas tum obtigit, quæ postea  
complures in annos prospere perdu-  
ravit.

## §. LVII.

*Plebeia Francofordiensium seditio con-  
tinuata.*

**M**ajori adhuc ferocia in Senatum suum Sleid. Rediv.  
Francofordixæ cives debachari per- l. 19. p. 1345.  
gebant; ipsa enim temporis mora, aliis Merc. Gall.  
que super alios in colluviem suam per- tom. 10. l. 2.  
tractis seditiosi numero, audacia, vi- Janson.  
rium- Contin.  
pag. 464.